

Q.F.F.Q.E.J.D.T.O.M.  
*EXERCITIUM ACADEMICUM,*

DE

# SUBSIDIIS MEMORIÆ,

*Quod*

Annuente Amplissimo Collegio Phi-  
losoph. in Regia Universitate  
Aboënsi,

SUB PRÆSIDIO

*DOMINI*

*Mag: JOHANNIS*  
*HAARTMAN,*

*Philos. Theoret. Profess. Regii & Ordin.*  
Candidæ Candidorum censuræ  
modeste submittit

S:Æ R:Æ M:TIS ALUMNUS  
JACOB MALLEEN, NYLAND,  
In Auditorio Maximo die D.V. 13 Apr.  
MDCCXXVIII.

*Horis ante-meridiem Solitis.*

---

ABOÆ, Impr. R. A, Typ. E. Flodström.

SUMME REVERENDO atq;

*Mag: JONÆ*

h. t. Academiæ Aboën-

S. S. Theologiæ Pro-

PATRONO ac

Submisso

MAX. REVER. atq; CEL EBERR IMO

DOMINO,

*Mag: DANIELI*

*JUSLENIO,*

S. S. Theol. Profess. Ordinario,

PATRONO & PROMOTORI,

Ut Propensissimo ita quovis hono-  
ris cultu jugiter prosequendo.

*In venerabundæ, gratæq; mentis testifica-  
stæq; nixus ulterioris benevolentie fiducia,  
guum, cum ardentí omnigenæ felicitatis ad-  
consecrat*

NOMINUM

*MAGNIFICE DO-*

*AMPLISSIMIg, DO-*

*Hamillimus*

*JACOB*

*AMPLISSIMO DOMINO  
FAHLENIO,  
sis Rectori Magnifico ,  
fessori Primario,*

*PROMOTORI  
Colendo,*

*MAX. REVER. atq; AMPLISSIMO  
DOMINO ,  
Mag: ANDREÆ  
BERGIO ,  
S. S. Theol. Profess. Ordinario ,  
PATRONO & PROMOTORI ,  
Pia animi veneratione nunquam  
non suspicioendo ,*

*tionem, Summis Vestris auctus beneficiis, Ven-  
exercitium hocce Academicum tenue ac exi-  
precatione, reverentia qua par est offert &*

*VESTRORUM ,  
MINE RECTOR ,  
MINI PROFESSORES ,  
Cultor  
MALLEEN.*

Kongl. Maj:ts  
Tro-Tjenare och Vice Lagman  
Samt  
Ordinarie Håradss Höfdinge  
uti Pjukie och Halicko Håradet  
Bäl-Ådle och Högachtad  
**Herr ABRAHAM**  
PALEEN,  
Min Högtårade Herr PATRON  
Och  
Synnerlige Wålgyttare.

**G**im jag i glömskans mörka gräf,  
Er godhet skulle lemna /  
Och nu platt intet der utaf/  
Med los och Heder nämna:  
Så wore jag ock wärctlig tå  
En otacksam/ och vård ej få  
Nän widar' ynnest niuta.

Men hwad för los och pris är det/  
Som just kan jämlikt vara/

Emot den unnest I mig fedt?

Hvad skänkt och tack kan svara/  
Mot all vålgierning som jag fått/  
Och daglig nutit utan mått/

Den tid jag hos Er varit?

Doch efter jag ej annat har/

Hvar med jag kund' Er fägna;  
Så wil jag Er min' första ra'r/

Och ringa Skrift tilägna:  
I den förtrogna tilförsicht/  
At I hvad jag af wördsam plicht  
Er skänker, wäl upptagen.

Nu Hünlen fylle hvad som hälst,

På min förmågo fattas/

Och gifwe Er alt det som båst/

Och högst af Er sielf skattas:

Han öke Edra Dar och Åhr/

Så wet jag också/ det jag får

Med wördnad ståds förblisva

Högtårade Herr PATRONS

Ödmjuk, hōrsamste  
Tienare

JACOB MALLEEN.

Regements-Strifwaren  
Af  
Hans Kongl. Majts  
Lif-Regemente Dragouner  
Edel och Högachtad

Herr I S R A E L

GRUNDSTRÖM,

Min Högtårade Gynnare,


För gunst och ynnest all, så och wålgier  
ning många  
Som af min Herre ståds jag nutit tide  
långa,

Uposstrar jag Er nu mitt Arbeta  
Förstling hår.

GUD giswe Er alt godt! Min  
trogen önskan är

Högachtad Herr Regements  
Strifwarens

Wörd samste tienat  
J. MALLEEN.



# I. N. J.

**N**ter alia naturæ beneficia, quæ DEus benignissimus homini dedit, eximium & maxime necessarium humanae vitæ bonum, ut testatur *Plinius*, (a) est memoria; qua si literarum imprimis cultores non fuerint prædicti, vix magnopere in re aliqua eminere cernuntur: tantū enim quisq; posse putatur, quantum memoria tenet. Hinc est quod ipsam quoque sapientiam memoriae filiam finixerint *Poëtæ*, cum sine ea non facile cuiquam sapere liceat. Quocirca ipse *Plato* eam vocat musarum omnium parentem. *Plutarchus* eam appellat *taupeor* cellam &

A.

prom-

(a) *Lib. 7. C. 24.*

promptuarium disciplinarum. Ciceron  
divinitatis dicitur argumentum, elo-  
quentiae gazophylacium & eorum qua-  
discimus reconditorum; immo the-  
saurus, exquisitissima rerum omnium  
opulentia refertus, quæ subinde, cum  
opus est, in varios usus explicantur.  
*Causino* (b) horreum mentis audit, in  
quam optimarum artium fruges re-  
conduntur & suo tempore expromun-  
tur. Ab aliis ærarium ingenii nun-  
cupatur. Et a *Cl. Berneggero*, artium  
quæ studio & labore tanto parantur  
fida custos, quam si tollis omnes alias ani-  
mi dotes sustuleris. Nam et si mentem in-  
telligentia substitutam, ut hæc pluribus  
(c) persequitur, parum adjuvet memoria  
queso tamen quid multarum quoque re-  
rum & optimarum intelligentia profuturi  
est, si haud multo post eam in ventos rapi  
oblivio? si non illæ veluti penuria memo-  
riæ serventur, unde, cum opus est, depro-  
mas? Aut quid attinet: tantis nos labo-  
ribus exercere, tot frangere curis, dies no-  
tæsque, cum valetudinis quoque dispensi-

(b) in Elog. S. &amp; H. lib. 3. c. 6. p. m. 155.

(c) Orat. 2. p. m. 48.

studis incumbere, si non ea quæ didicimus, proma condâ memoria servat? opum certe quidem, auri, argenti, vestium Attalicarum operosa & anxia conquisitio prorsum fuerit inutilis, si non eas loco certo tutoque liceat recondere. Hæc ille. Quæ omnia satis superque jam præstantiam & utilitatem memoriæ indicant. Virtus autem ejus in his potissimum cernitur, quod quis facile percipiat, percepta fideliter retineat, retenta promte reddat. Quibus omnibus nonnullos mortalium ad miraculum usque excelluisse legimus memoriæ proditum. Prisci, recentiorisque ævi exempla memoratu digna, Thucydides (d), Xenophon (e), Plinies (f), Quintilianus (g), Gellius (h), Drexelius (i), Gerb. J. Vossus (k), Dankaverus (l), Otto Aicher (m), aliique multa proferunt.

A z Re-

(d) Hist. lib. 1. p. 91. (e) Pæd. lib. V. p. 131.

(f) Hist. Nat. lib. 7. c. 24.

(g) Instit. Orat. lib. XI. cap. 2.

(l) Lib. 17. c. 17. (i) In Aurifod. part. I. c. 2. p. m. 740. 786. (j) De Reth. N. & C. cap. XX. p. 126. (l) In Tract. de mem. p. m. II. 12. (m) In itin. orat. p. m. 484. & 485.

Recentissimæ ætatis monumentum habemus in *Mart. Steyaert*, *Theol. D.* & *Prof. Louan.* qui tam tenaci polluisse scribitur memoria, ut, quicquid legeret, exacte teneret, & nunquam oblivioni traderet, adeo quidem, ut ingravescente ætate omnes fere libros abjiceret, veluti unico memoriaræ promtuario, tanquam integra bibliotheca usurus. De *Vito Christi Gebhardi*, Pastore Honlagensi & Wenthufano in ditione Bruns. etiam constat, eum integra Biblia Hebraica & Græca memoriter tenuisse, & ita aliquando Prophetam Esaiam intra horarum spatium recitasse. Quæ nobis subministravit Jo. Christooh. Colerus in *Analectis ad Burc. Gotth. Struvii Introd. in Notit. rei lit.* (n) Plura hujusmodi heroicæ ac prodigiosæ memoriaræ exempla in ipsa Struvii Introd. in notit rei tit. reperiuntur (o), alibique. Difficulter tamen his vel etiam aliis adducimur exemplis ut vel studio nostro juvandas esse naturæ vires memoriaræ negemus, vel il-

li nimium fidendum esse unquam si-  
mus auctores, præsertim quum tem-  
poris existat filia, ut loquitur Cl. Dav.  
Clericus (*p*), nec aliud sit *aque fragi-  
le in homine, morborum casus & injuri-  
as, atque etiam metus sentiens*, teste et-  
jam Plinio (*q*), atq; memoria. Quam-  
obrem nec immerito eam Seneca ap-  
pellat *fugax bonum*. Nemo siquidem  
repertus, ut ut vir fuerit, non modo  
memoria pollens insigni, verum et-  
iam judicio exquisito & eruditione  
admiranda; qui tamen lapsus memo-  
riæ deficientis in se unquam non sen-  
serit. Ergo quo pretiosior, eo magis  
injuriæ obnoxia, ut loquitur Scaliger.  
Eo sollicitius etiam in dagandum no-  
bis duximus necesse, quæ memoriæ, si-  
ve firmandæ, sive augendæ viderentur  
inservire; quæ si jam in medium ad-  
duxero, spero, Lector Benivole, Te,  
pro candore tuo æqui boni q; consul-  
turum, hosq; juveniles licet, honestos  
tamen ac innocuos conatus candide  
interpretaturū. Adsit autem conatibus  
nostris ille sine cuius Numine irriti sunt  
cuncti mortalium conatus! CA-

## CAPUT I.

## §. I.

**C**um memoria sit *omnium scientiarum communis* Cicerone teste [r], non est ut multum jam simus solliciti, ubi de illa agendum sit; cum quæque disciplinarum partem sibi vindicet, nec ulla sit, quæ pro augenda atque adjuvanda illa non laboret. Nec jam operose enucleabimus quæstiones, quas tanto verborum apparatu alias solent agitare Philosophi. An detur memoria? Quæ illa sit? an vis animæ communis ad retinendas tam rerum imagines & phantasmatum quam notiones universales, easque vel simplices vel complexas, ut vult Scaliger (s). An vero simplex animi perceptio ac repetitio, ut vult Ciceron (t). Qualis tum sit sensualis an intellectualis tantum? Quæ ejus differ-

(r) *In tib. de perf. Orat.* p. m. 358.(s) *Adi Electa Scalig.* p. m. 283.(t) *Libr. de inv.* p. m. 147.

rentiæ substantiales, accidentales? ubi sit memoria, an in occipitio & posteriore cerebri ventriculo, uti a plerisque ponitur, an vero toti cerebro vis illa & facultas permisceatur? &c. hæc enim vel ex ipsa vocis notione sunt nota, vel a scopo nostro censebuntur fortassis aliena. De ejus enim comparandæ ac firmandæ ratione agere nostri nunc est tantum instituti.

## §. 2.

Quod autem suis egeat fulcimentis atque adminiculis etiam memoria, non est, quod sciam, qui revera negat: Flavius Philostratus videtur quidem aliud sentire, negans ullam esse memoriam artem: sed de memoria artificiali stricte sic dicta, illud accipiendum, de qua infra forsitan C. 3. Quo vero pacto naturæ suppetiari & velut obstetricari oporteat, ut loquitur Berneggerus [u], non inter omnes convenit. Aliis omnia naturali, aliis vel æquo majus, vel æquo minus artifi-

tiliciali memoriae tribuentibus, & quæ plura heic observanda veniunt. Si quid in nobis est judicii, existimamus cum Alstedio (x), subsidia sive adjumenta memoriae esse partim *naturæ*, partim *studii nostri*. *Naturæ adjumentum est temperamentum cerebri temperatum*, neque nimis siccum, neque nimis humidum. Cum enim siccus est, tunc difficilius plicantur ejus filaments; cum humidum est nimis, non diu conservat ejusmodi plicamenta, nec iterum possunt ipsa facile aperiri, ut ratiocinantur Dominus Sperlett (y), & Dn. Le Grand (z) *A studio nostro via provenire adjumenta* advertimus sedulis sectatoribus; Quorum alia sunt **Generalia**, alia **Specialia**.

## CAPUT II.

### Sectio I.

#### §. I.

**G**eneralia sunt, quæ omnibus apta sunt; quorum quædam ad Physi-

ca

[x] *Comp. Phil. p.m. 1750.* (y) *Phys. nov. p.m. 315.* (z) *Inst. Phil. de M. H. p.m. 701.*

ca, quædam ac Mechanica, quædam ad Ethica, quædam ad Philologica, quædam ad Medica referri possunt. Inter Physica administricula primum ac principalem sibi vindicat locum, *juge exercitium*, idque statim a teneris. Nam ut alibi ita & heic valere existimatius tritum illud: *A teneris adfuescere multum est*, itemque hoc: *Quo semel isti imbuta recens servabit odorem Testa diu.* Unde quoque Plutarchus, nibil prius memoria in pueris exercendum esse docet. Et notanter Quintilianus (a), *Si quis inquit ille, unam maximamque a me artem memorie querat. Exercitatio est, & labor multa ediscere, multa cogitare, & si fieri potest quotidie potentissimum est, Nihil aque augetur cura vel negligentia intercidit.* Fit vero exercitium hoc quatuor potissimum modis. 1. *Lectione*, circa quam hoc attendendum, ut non tam multa legamus, quam nullum; relegamus pauca illa quæ legimus, præsertim eorum, qui non nugis chartas implent, hocque modo instituamus repetitiones nobiscum as-

fiduas, ex utilibus etiam utilissima  
 quæque deligendo. Metientes juxta  
 vires ingenii nostri & memoriæ, ne  
 plus quam semel capere aut tenete  
 queamus, illi ingeramus. Quid enim  
 utilitatis habeamus, si, quicquid ad-  
 discimus, non retinere possumus? pa-  
 rum certe aut nihil. 2. *Auditione*,  
 quæ oportet sit attenta & accurata,  
 quotiescumque occasio sermones sa-  
 pientium audiendi datur: Nam ex di-  
 ligenti attentione major fit motus ac  
 impressio firmior, præsertim si adsint  
*admiratio & voluptas*. Nam illa immu-  
 tat sensus ac melius excitat, feritque  
 memoriam: hæc vulgo rerum est con-  
 dimentum, amoris esca, incitamen-  
 tum ingenii, voluntatis pabulum, ro-  
 burque memoriarum. 3. *Scriptione atque  
 annotatione* præcipuorum memoria  
 dignorum, quæ legimus vel audivi-  
 mus. Hæc mirum in modum corra-  
 borat memoriam: sicut enim radii  
 reflexi fortius agunt, ita conjuncta  
 lectioni scriptio. Qua utitur similitu-  
 dine Danhaverus (*b*), cuius etiam plu-

(b) *Tract. de men. p. m. 35.*

ra de hac re ibidem vide. Caveamus autem ne in securitatem hinc incidas, ut quæ conscripsimus fidentes libris mente dimittamus. Qua quidem ratione scriptio memorie magis obesset, quam prodeisset. 4. *Frequentia meditationis, crebraque repetitione eorum quæ edidicerimus.* Quibus alimenta animi concoquuntur & quasi convertuntur in animum. Hujus repetitionis instituendæ cum meminit Dn. Alstedius (c), in hanc solvitur exclamatio: *Ego profecto alta voce dico, nibil esse quod artem memorie perficiat in principio, medio & fine, præterquam repetitionem.* Et quemadmodum animalia ista munda fuerunt judicata, quæ ruminant, ita studiosos, addit, illos pronumio frugi. qui adsueverunt crebræ repetitioni, cique horariæ, diurnæ, hebdomadariae &c. Quapropter etiam tum demum in dulcem declinabunt lumina somnum, ut loquitur Danhaverus, cum singula diei acta prius memoria recoluerimus, vel soli, vel per mutuos cum aliis sermones; quo etiam referri possunt

sunt disputationes & narrationes hujus gratia institutæ ; ex frequentati enim actibus generatur habitus. Unde Seneca, memoria nihil perdit, nisi ad quod sœpe non respexit. Neque ullum a disputatione deterreat erroris timor ; nam tenacius retinebit quod cum pudore didicerit. Vel per suavem canum aut murmurationem, ut sic duplii motu simul juvetur memoria & dicendi & audiendi.

## §. 2.

Ad Physica adminicula pertinet deinde *intellectio* eorum, quæ memoriarum mandanda sunt. Ut scilicet res ipsas & certas earum caussas, quæ instar vinculorum memoriae sunt, penitus intelligamus, ut loquitur Erasmus [d] : retinet enim memoria & conservat, quæ intellectus percipit, & inde fit, ut difficulter retineri possint, quæ non bene intellecta & percepta sint, Ut eruditissime differit Otto Aicher [e]. quin vix horribiliorem in-

(d) In Ep. ad Leucophaeum. (e) In itin.  
Orat. p. m. 486.

ingeniorum carnificinam **excogitari**  
posse existimat Joh. Conrad. Danha-  
verus (*f*), quam memoriam urgere  
earum rerum quas nulli intelligimus.

## §. 3.

His apponimus *imaginationem* in  
firmando memoria adjutricem longe  
fidiissimam, teste etiam Drexelio (*g*),  
vehementia enim *imaginationis* red-  
dit memoriam alacrem & expeditam,  
tum in imprimendo, tum in reddendo,  
ut docet etiam Alstedius (*h*), de qua  
plura Physici.

## §. 4.

Quibus jam accedit *loci, ætatis at-*  
*que temporis observatio*. Et *loci* quidem,  
ita ut quæramus secessum, amœnum  
atque tranquillum. *Ætatis*, ut in pri-  
mis memoriam excolamus in pueritia  
& adolescentia, *temporis* vero, ut fiat  
vel

(*f*) *Tract. de Mem.* p. m. 39.

(*g*) *In Aurif.* p. 3. c. X. p. m. 787.

(*h*) *In Comp. Ph.* p. m. 1750.

vel matutino vel vespertino. *matutinim  
imprimis*; est enim tunc memoria ve-  
getior; quia somnus præterita nocti  
cerebrum humectavit, & firmavi-  
quod elapsò die vigiliæ exsiccaverat  
& induraverant. est vacuus a cibos lo-  
machus: liberior a curis animus, re-  
censque viribus ad officia fungend.  
ut respectu horum non male dicatur  
*Auroram esse musis amicam.* quod solum  
Suetice dici: *Morgenstund har Ge-*  
*i munn.* Prodest quoque multum,  
pridie vesperi, quæ postridic probe mi-  
minisse volumus, ea sub somnum prius  
quam dormitum concedamus:  
liquoties lectitus. Qua de re O-  
to Aicher (*i*) mirum, inquit, dicitu, qui  
tum nox interposita firmitatis afferat: mi-  
tantur enim & quasi concoquuntur ipso  
mno, nuper memoriae ingesta.

## Sectio II.

## §. 1.

**I**NTER Mechanica memoriæ admir-  
cula recenset Alstedius [*k*], parti-

(*i*) In *Itin. Orat.* p. m. 487.

(*k*) In *Hexilogia c. XXXI.* p. m.

libri alicujus elegantiam, partim ejusdem libri perpetuum usum, partim notis atque signis suis apte distinctum. *Elegantia* libri afficit sensus. *Usus* ejusdem perpetuus parit memoriam localem, quam idem Alstedius omni medicamento potiorem judicat (1). *Notæ* atque *signa* animum excitant & specierum impressarum firmiora in cerebro relinquent vestigia.

## §. 2.

Huc referri etiam possunt alia *signa memorialia*; qualia sunt (2) signa appensa membris corporis, de quibus Exod. XIII. 16. Deutr. VI. 8. & Græce vocantur Κυλακίνγια Matth. XXIII. 5. (3) signa in tabulis, parietibus, portibus, columnisque expressa, de quibus Deutr. VI. 9. alibique. (4) signa in aliquo loco solenniter erecta, ut Gen. XXVIII. 18. 22. Deutr. XXVII. 23. (5) signa certis ritibus & actionibus constantia, in fœderibus pacis alibi que usitata, quæque alia sunt ejusmodi

(1) In Comp. Phil. p. m. 1750.

Si. Quæ omnia si cui videntur minuta  
illum oportet meminisse hujus Poetae  
*Sed quæ non profundunt singula, multa juvant*

## Sectio III.

## §. 1.

Inter prima Ethica memoriae admissa  
inicula accessenda venit *Quies animi*.  
Demus itaque operam ut animum  
curis & perturbationibus vacuum ge-  
ramus. Nam ut inquit Aicher (<sup>m</sup>)  
*qui vel ardenter amant, vel acerius  
derunt, aut dolent acerbius, minus pos-  
sunt hac in parte; quia conturbata  
sanguinem ac spiritum species perturbant  
liberandus quoque animus ab aliis co-  
gitationibus. Nam pluribus intentio  
minor est ad singula sensus.*

## §. 2.

Huic addimus *temperautiam*; quæ  
consistit in moderatione 1. *Somni*  
*diuturnus enim humectat nimium*  
*& nimis exiguus immoderate et*  
*siccus*

<sup>m)</sup> In itin. Or. p. m. 489.

siccatur. Quæ duc contraria, intelligi-  
ger in iäm humiditatē & in r ede-  
ratam siccitatem, in hoc articissime  
conspirant, ut n encriæ plurimum  
efficiant. Illa impediendo reperi-  
tionem, hæc apprehensionem. medicis  
itaque sonus, qui utrāque confor-  
tat, observandus. 2. Exercitii. Nam ut  
medicūm iutilēs consumit humores,  
ita in modicūm & animi & corporis,  
tujus valetudinēr, bonarūque con-  
stitutionem necessario requirit me-  
moria, vires defatigat debilitatque,  
utnuria sua rite cōfere nequeant. Pro-  
inde aliquando recreandus erit ani-  
mus, viresque reparanda, secundum  
illud: *interiore tui interdum gaudia cu-  
rii.* Qued tamē frequenter fieri non  
debet, ne tenpus, auro contra ca-  
rius, depereat. 3. Cibi & potus. Quo-  
tū luxus & inten perantia stomachum,  
concessione in eo interrum pendo,  
reddit invalidicrem; quod toti no-  
cer corpori, ad ecque & memoriae.  
In primis autem memoriam destruit  
plurima vini præsertim potentis po-

tio; vehementer namque humectat quod memoriam valde impedire jam supra diximus.

## Sectio IV.

### §. I.

**A**D Philologica memoriae subsidia jam accedimus observanda. Ea sunt vel logica, vel Rhetorica, vel Grammatica. Logicis adminiculis in primis accenseri debet *Methodus*, sive *ordo*. Nam sicut confusio & colluvies complurium diversarum rerum & specierum, quæ neque methodo, neque arte, neque ullis intervallis distinctæ sunt, non solum memoriam defatigant, sed etiam turbant, quo minus fideliter servare ipsi demandata possit. Sic e diametro, qui ordinata serie digesta sunt meminisse facillimum est: in his enim si unum quid acceperimus, reliqua continuo necessaria quadam vel naturæ vel artis continuatione seqvuntur. Hu-

faciunt, quæ habet Drexelius (p),  
 Si quid eorum, quæ tu ipse Scribis, cum  
 facillime, tum firmissime velis memoriae  
 mandare, quam ordinatissime scribe.  
 Princeps memoriae subsidium, Ordo. ordi-  
 nem negligis, laborem supra modum au-  
 ges; ægerrime ingeris, celerrime ele-  
 psura. Ordo anima memoriae, quicquid  
 memoriae cupis tradere, id prius in ordi-  
 nem digere. Incredibile dictu est, quan-  
 tum hæc una res, Ordo, reminiscendi fa-  
 cultatem adjuvet: in arena scribis vel  
 aqua, quod absque ordine memoriae tra-  
 dis. Nec vero quidquam adeo incompo-  
 situm, confusum & inordinatum est,  
 quod non in certum ordinem adducat in-  
 dustria. Hæc ille. Quæ circa ordi-  
 nem sive temporis sive rerum sint  
 deinde hic notanda conf. Alst. Syst.  
 Log. Harm. aliosq;;

## §. 2.

Ad Rhetorica subsidia in primis  
 pertinent, Excerpta & loci communes. de

B2

qui-

(p) Aurif. lib. 3. c. 10.

quibus Drexelius, Morhofius aliquie.  
 Ad Grammatica subtilia Lexica Harmonica, Rhytmi, versus Acrostici &c.  
 de quibus Alstedius aliquie. Quod vero, omnia in universum adminicula Philologica plurimum conferant adjuvandam memoriam, patet satis superque ex illo unico tantum exemplo, quod habet Berneggerus (q), de *Johanne Pappo*. Fuit is Theologus in Acad. Argent. Clarissimus. hic ut aliis excellentibus animi dotibus dinitus erat ornatus: sic in primis a deo felici memoria praestabat, ut quamvis pagellam etsi longiusculanter vel a se lectam, vel ab alio praelectam, posset ad verbum recitare memoriter. Cum ex eo quereretur, ecquo id artificio fuisset affectus triplici, respondit: *Grammatico* uno altero *Dialectico*, tertio *Rhetorico*. In prima enim lectione se vim potestatimque vocabulorum & genuinum auctoris sensum expendere: in altera *exercitata* observare ac Logican text.

textus propositi dispositionem instituere: in tertia denique quicquid artificii Rhetorici est, cogitatione digerere: atque ita citra omnem difficultatem quicquid velit, in annum dimittere. Quæ omnia certe merentur notari.

### Sectio V.

#### §. I.

**M**edica memoriae adminicula sunt *Diæta* & *Medicamenta*; Diæta omnibus est necessaria obser-vatu, hincque universalibus accensem-se-tur: sed Medicamenta aliquando tantum & certis temperamentis con-ducunt, Hincque caute & parce o-mnino adhibenda. de quibus consu-lendi Medici & opera Medicorum, ut modo dicetur.

### CAPUT III.

**R**estant itaque nobis specialia me-moriæ subsidia explicanda; quæ vel

vel respiciunt certas facultates, lingua & personas. Vel modum illum, qui singulariter venit nomine *memoriam artificialis*. Sed cum exercitium hoc ce praeter opinionem omnem excreverit nobis, & illud immensi effet laboris omnium facultatum, linguarum, & personarum singularia memoriae adminicula excutere, quaque omnia ad memoriam illam artificialem pertinent, mittimus quos cunque memoriae cultores ad cujus cunque facultatis Schiagraphias, Linamenta, Rudimenta, Elementa Compendia, Aphorismos, Systemata &c. Inprimis ad Historiam Literariam cujuscunque disciplinæ, & eos qui Methodos scripserunt studiorum. Quod vero attinet ad memoriam hanc artificialem, quæ locis constat atque imaginibus, ut loca sint pro charta, imagines pro literis, dispositio imaginum pro scriptura, pronunciatio pro lectione, de qua satis ample Cicero (r) alli-

alique, tum distinguendum esse putamus: inter usum atque abusum; inter moderatam ejus culturam, & nimis superstitionem. Prius probamus, posterius rejicimus. Prius placuisse observamus etiam Heraldicæ artis scriptoribus & qui picturis, sive Biblia, sive disciplinas illustrarunt. Ad posterius applicari potest hoc Senecæ (s): *Simile est confuso, quicquid in pulverem usque secatur.* Ad prius pertinet, si quis lecturus quidquam, certos characteres ab animo sagacissime excogitatos in margine e regione rei novæ & eximiæ, cuius recordari vult, prudenter collocet; inde namque in mentem ei venire poterint rerum conceptus, quos illis signis artificiose alligaverat. E. gr. si historiam belli, vel gladio, vel clypeo, aut navigationem anchora signaverit: simplex illa nota quotiescumque objicitur oculis, animum mox subit reminiscientia iterataque perceptio rei illius

(s) Ep. 89.

lius, quam antea attenderat; sed si quamvis lineam, quodvis comma &c. signis ejusmodi notare velit, operam certe abutitur. Hæc sunt illa præcipua memoriae subsidia, quæ vel a nobis ipsis, vel ab Auctori- bus nobis obviis observare posui- mus: quibus etiam contendentes ad Arcem Palladis non sine fructu, speramus, uti posse: si modo his pias quoque ad DEUM Ter Opti- mum Maximum adhibe-  
ant preces.

Cui

**SOLI DEO GLORIA.**



*VIRO JUVENI*

Eruditionis morumq; laude conspicuo

DN. JACOBO MALLEEN,

De SUBSIDIIIS MEMORIÆ  
erudite disputaturo

**E**cquid in summam penetrare tentas  
Mentis excelsæ solidamque turrem?  
Cujus hostiles trepidus furores  
Nunc petis ultor?

Fallor? intendis memorem juvare  
Indolis nostræ, per amande, partem,  
Et simul monstrum stupide domare  
Oblivionis.

Mallen te Pallas teneris ab annis  
Fovit, & tute jubet ire gressu  
Per fores latas, jubet & in nostro  
Ludere Pindo.

Ergo ne segnis tere quod MinerVA  
Ipsa designavit iter, viamque  
Quam premis forti pede fac secundo  
Numine curras.

Premium docto capiti parabit  
Turba de lauro comitum novena,  
Quam tibi nec sit facilis merenti  
Police docto.

S A M. P R Y S

---

Til Herr Respondenten.

**H**en sielf sin tid på dygd och wenn  
Har användt uppå hæsta satt  
Weet och at andra underwisa/  
Hwad som förståndet kofrar måst/  
Hwad sielfwa fliten följer näst /  
Hwad minnet tienā kan til lisa.  
Det har MALLEEN alt noga wüst/  
I detta Wärck förutan brixt /  
Och lärde hwad minet understödier  
Som han sielf giordt så skrifwer han  
Alt man klart der af lara kan/  
Hwad hinder alt ihr wägen rödter.  
Och sou han i sin lärda Skrift/  
Så mycket tal om Minnets drift /  
Sa

Så lär Apollo vårflik minnas/  
Att Skåndia denna Pallas Son  
Grön Lager-Kranz/ och wara mohn  
Att honom må Parnassen winnas.

Således yttrar sin fägnad  
emot sin Wan

På Jorden.

---

*Egregio Juvenum*

M A L L E E N

Cum pulpita Cirrhæ  
Scandere decretit.

 Osc MALLEEN Musain sekā  
Cuimpan et autuas orja  
On virjän waiwois/ on Käsi-kirjas-  
kijn:  
Nijn hän löytäpi sen / milkä Muistosx  
maistane makjall/  
Löytä mik' on Muistost taitavil  
hyödytys ain:  
Sitt

Sitt Muiston maljaꝝ kynā coht ky  
na courasa keiku  
Sitt Muiston Muistoꝝ tehtane toi  
mesa thyōt ;  
Tehtane thyōt : josa thyōs sanat Auran  
seimisä soicko /  
Caunis Castalidum caiku Cathe  
dra kasis :  
Odota / kyl Muisto sen marol Muista  
pi jállens /  
Muisto se kyll Muistoons Sun Ni  
mes heittäpi wiel.

Sic plaudit

Amicus ACHRENIUS.



Lyck. Önskan til Präceptor vår  
Då Han uti Cathedren står.

Jag altijd mårdt hur' vår Präceptor  
Får är ömmer  
Om os, och trogen flit för sin' Disci-  
plar bär,  
Hört jámwål huru Han godt Minne  
Städs berömmer,  
Och tror Han Sielf der i ett prof  
Nu wijsa lär,  
Uf sågnad som hos os nu är: jag dero  
För' önstår,  
Præceptors wackra namn må frist  
I minnet grönstas!

Uf

ERIC JOH. PALEEN.

*Amandissime Domine Praeceptor.*

**D**um in eo Te, Praeceptor fidelissime, occupatum animadverto, ut specimen quoddam Tirocinii publicum facias, non possum tibi non quævis optare fausta, summumque supplex venerari. Numen, velit honestis cœptis atque conaminibus tuis ex alto benedicere, studiaque tua in posterum quoque ita dirigere, ut tibi olim fructus eorum contingant uberrimi, Vale!

*Sic Praeceptori suo fidelissimo votet,*

ABRAHAMUS PALEEN Fil.

MELIAE HOLDISK